

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0739

0737

0743

0733

0748

0728

0788

0688

0838

0638

0238

Ende

Anfang

166

descendi de mula mea, et sedens calceum extraxi, in quo
suspicabar vermem contritum jacere. Cum manum immitterem,
sensi humidam et liquidam materiam, et statim, ne inficeretur
mihi manus, retraxi eam, et digitos inquinatos ad nares appli-
cavi, et odoratu didici, quod nec visu nec tactu cognoscere
valui, erat enim non scorpio, nec bufo, nec serpens, nec
venenum, sed humanum schwibolum. Quod ut sensi, cum magna
indignatione calceum reindui et confusus et male contentus
mulam ascendi et post alios profectus sum, tristis mecum
cogitans, quis mihi istum despectum et istam turpem trufam
fecisset, et quis de militibus tantae irreverentiae esset, quod
peregrino et sacerdoti in calceum stercorisaret, et concepi
suspicionem de uno domino de majoribus, qui erat mihi
multum familiaris, cogitans, quod forte nimia familiaritas
peperisset contemptum illum. In tantum autem turbavit me
hoc factum, quod deliberato animo penes me juravi et statui,
cum illa societate amplius non velle peregrinari, nec per ter-
ram nec per mare, et in me peregrinationem montis Synai
resignavi, nulli tamen quidquam dixi de facto, sed cum si-
lentio quasi orans processi. Sed domino illo, quem suspectum
habui, et omnibus aliis consociis meis injuriam feci, et actorem
illius facti indubitanter reperi. Nam dum in Jerusalem in
cella calceum deponerem, ut eum et pedem et manus in-
quinatas mundarem et schwibolum extraherem, inveni in ipso
schwibolo crabronem nigrum et magnum, ad cuius aspectum
primitus expavi, putans esse scorpionem, quem cum ipso
schwibolo contriveram pede. Viso autem crabrone exhilaratus
fui, quia pro certo jam scivi, quod nemo alias sterlus hoc
induxit in calceum, nisi crabro. Sunt enim crabrones, vulga-
riter Nößfäfer, in illis partibus magni, et dum generati fue-
rint in equorum stercoribus, volant et gradiuntur per vias, et
materiam eis convenientem comportant et ex comportata
materia coagulum (**B**) vel globum faciunt in quantitate sicut
ovum, et ipsum globum aggrediuntur cum posterioribus pedi-
bus, anterioribus in terram positis, et ita trudunt globum post
se retrorsum, incidentes sicut cancri, quo naturae instinctus
eos duxerit, et dum ad locum suum cum globo venerint, se
in globo involvunt, eumque domum et cibum sibi constituunt.

